Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et testificari: quia ipse
est qui constitutus est
a deo iudex vivorum et mortuorum
huic omnes prophete testimo
nium perhibent remissionem
peccatorum accipere per nomen
eius omnis qui credunt
in eum. Secundum lucam.
In illo tempore. Duo ex dis
cipulis ibant ipsa die in ihm
castellum quod erat in
spatio stadiorum sexagin
ta ab hierusalem: nomine emaus.
Et ipsi loquebantur ad
invicem: de his omnibus
quae acciderant. Et factum
est dum fabularentur
et secum querent: et ipse
ihesus appropinquans ibat
cum illis. Oculi autem
illorum tenebantur ne eum
agnoscerent. Et ait ad il
los. Qui sunt hi sermones
quos conferitis ad invi
cem ambulantes et es
tis tristes? Et respondens u
nus cui nomen cleophas
dixit ei. Tu solus peregrinus
es in hierusalem: et non cognovisti
que facta sunt in illa
his diebus? Quibus il
le dixit. Que? Et dixerunt.
De ihesu nazareno qui fu
it vir propheta potens in opere
et sermone coram deo et omni
populo: et quomodo eum tra
diderunt summi sacerdotes
et principes nri in damna
tionem mortis et crucifi
xerunt eum. Nos autem spe
ramus: quia ipse redempturus
esset israel. Et nunc super
hec omnia tertia dies est ho
die: quod hec facta sint. Sed et
mulieres quedam ex nris
exterruerunt nos: que
ante lucem fuerunt ad
monumentum: et non inve
nto corpore eius venerunt
dicentes se etiam visionem
angelorum vidisse: qui di
cunt eum vivere. Et abie
runt quidam ex nris ad
monumentum: et ita inve